

ut emat ab uxore mea ab utroque parente nobili, me iubente
 libertatis testamentum. Quo responso unanimi Fran-
 corum furore commotus Theodoricus remandavit ei di-
 cens, Veniam ut resisti, et si aurum mihi non defecerit,
 suffecerint, pro libertate mea Thuringorum Francorumq[ue]
 capita et, dabo numero inexplicabilia; statimq[ue] collecto
 exercitu, venit in regionem Maerstem uocatam, et
 Irminfridum illic sibi bello occurrentem, multa caede su-
 orum uicit et fugauit. Quem insecutus usque ad O-
 naccram fluum iuxta uillam Arhen uocatam, max-
 imo praelio fudit, illoq[ue] fugato propter suorum casum
 et uiuentium uulnera, amplius eum persequi destitit,
 seq[ue] ob curationem dolentium statutis munierat castris.
 Audiens autem Theodoricus Saxones, quorum iam for-
 titudo per totum penè diuulgabatur mundum, in loco
 Madalaon dicto applicuisse, in suum eos conuocauit auxi-
 lium promittens eis cum suo suorumq[ue] XII. nobilissimo-
 rum iuramento, si Thuringos sibi aduersantes uince-
 rent, omnem illis eorum terram daturum, usque ad
 confluentiam Sala et Unstrada fluminum. Qui nihil
 morantes uenerunt ad eum, et persequentes Irminfri-
 dum pugnauerunt contra eum super Unstradan fla-
 uium, tantamq[ue] Thuringorum stragem illic dederunt,
 ut ipse fluius eorum cadaueribus repletus, pontem illis
 praeberet. Irminfridus autem, cum uxore et filijs et
 uno milite Iringo nomine, capta à Saxonibus nocte ci-
 uitate Schidinga qua se concluderat, uix euasit. Tunc
 Theodoricus accepto consilio uictoribus tradidit Saxonibus
 omnem terram Thuringorum, excepta quam Lou-
 uia et Haertz syluae concludunt, absque tributo perpetuo
 possidendam. Thuringos uero qui cedi superfuerant
 cum porcis tributum regis stipendijs soluere iussit. Post
 hac Theodoricus data fide Irminfrido in Zulpiano ciuitate

a sibi
 22
 22

Irminfridus
 fugatur.

Saxonum forti-
 tudo.

Thuringorum
 clades.

Thuringia Saxe-
 nitur tradit.
 her.

pug. Thuri-
 gorum.

Maerstem.

Onaccra.

Madalaon.

Sala.
Unstrada.

Iringas.
Schidinga.

Louia.
Haertz.

Zulpianam.